



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Thronus Dei Maria Deipara

Spinelli, Pietro Antonio

Coloniæ Agrippinæ, 1696

Corona Deiparæ, n. 12

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46853)

Albertus  
Castellanus

bello isto Rosarij Italico idioma edico ab Alberto Castellano Veneto Ordinis Prædicatorum, in quo ad singulas orationes Dominicas, & salutationes Angelicas peculiarem meditationem, & quæ illi respondet Imaginem, mysterium illud graphicè exprimentem excudendas curauit.

CORONA DEIPARÆ

12  
Corona  
q. ac  
p. 12

SEXTO inter precandi formulas, quibus Deipara in Ecclesia colitur, merito connumeratur CORONA sexaginta trium salutationum Angelicarum, interiecta per singulas decades Oratione Dominica: eiusmodi verò Coronæ fertur globulis distincto, quæ madmodum & Rosarium continetur, & omnium ferè Catholicorum manibus recitur, à quibus peno prope modum quotidiano alterutrum ex ijs recitari solet: quin etiam complures Catholici in regionibus præsertim Transalpinis ad pietatem erga Deiparam contra hæreticos protestandam, Coronam, vel Rosarium propalim gestare consueverunt. Huius Coronæ recitandæ usus, vna cum Deiparæ mysterijs in ea recolendis: insigni quodam miraculo, quod cap. 35. retulimus inuictus, & ab Ordine Minoru diligentè est propagatus. Et sanè ad huius Coronæ præstantiam, atque vilitatem declarandam, pleraque, quæ de Rosario diximus, referri possunt.

Illud silentio minimè prætereundum, numerum sexaginta trium salutationum Angelicarum, quibus Corona communiter constat in honorem annorum, quibus Deipara in terris vixit, vulgò referri: quoniam verò eam ultra septuaginta annos inter mortales fuisse superstitem ex multorum sententia cap. 6. diximus, ideo nonnulli adiecta alia decade, septuaginta trium salutationum Angelicarum Coronam sibi conficiunt. Cæterum præter ea; quæ cap. 35. in S. Bernardino de hac Corona commemorauimus; complura miracula, & beneficia ob recitatam Coronam à Virgine collata referuntur in Chronic. Minorum par. 3. lib. 1. cap. 46. & 37. eorum aliquot hic libet asserre.

MIRACVLA IN IIS, QVI CORONAM RECITABANT, DEIPARÆ FAVORE PERAGI.

13  
Coronam  
recitans

VIDAM ex Ordine Minorum institutum illud arctè tenebat, vt singulis Coronam

diebus prius, quàm cibi aliquid sumeret, recitaret: cum verò aliquando præniurus, vna ser ex Oratorum alijs in triclinio discumberet, intermissæ diuine Miconductudinis recordatus, impetrata à Superiori veniam in Ecclesiam se continuo recepit. vbi cum diuini subsisteret, vt Coronam de more recitaret, iussus est à Superiore alius, eum euocare, quod offendit eum piè orantem, viditque Deiparam duobus Angelis comitam, qui rosas læe pulcherrimas orantis ab ore colligebant, easque in capite suæ Reginae reponabant. quotiescunque verò inter recitandum augustissimum IESU nomen repetebat, non ipe tantum, sed etiam Angeli, ac beatissima Virgo caput reuerenter inclinabant: abiolurandem Corona visio confectum abicessit; eaq; re euigata, reliqui maiori diligentia Coronam recitare instituerunt.

Aloytius Albanensis ex Ordine Minorum de Observantia Nouitius à Gabriele Antonitano Monasterij Guardiano singulis coronam diebus antequam quicquam ederet, recitare iussus, cum eius ante plandium de more recitandæ per occupationes ab obedientia sibi impositas obliuione aliquando comperetur, grauitè increpitus est à Superiore; qui etiam eum à mensâ, in qua tunc discumberet surgere, eamque ex templo recitare iussit. Tunc Nouitius in Ecclesiam se se contulit, flexis que ante aram maximam genibus, dum Coronam persolueret, visus est non ab alijs modo, qui ad eum obseruandum à Superiore missi sunt, sed ab ipso etiam Superiore habere suo capiti imminentem Angelum, qui in aureum filum rosas decem, & aureum item lilium inferebat: mox etiam absolurata Corona visus est idem Angelus ex rosas, ac lilij corollam nectere. Nouitij capiti imponere, statimque abscedere. Atque ad eius miraculi monumentum ex eo loco, vbi Nouitius orabat, per diu afflatus est odor rosarum, ac liliorum sanè suauissimus. Nouitius vero multis fauoribus à Deipara cummulatus, ad mortem vique in sua pietate perseuerauit.

Coronam  
recitans  
quidam  
alijs, ac rō  
sis ab Angelo  
coronam  
visus

14 Frater Iacobus de Coronis, Deiparæ, cuius admodum studiosus erat, multas quotidie coronas recitare, atque offerre, aliosque omnes, quibus cum agebat, etiam Episcopos, & Cardinales ad coronam recitandam hortari consueuerat vt vel ex eo adeptus sit cognomine de Coronis, post spiritum prophætie, quo claruit, & miraculorum virtutem sibi à Deo, Deiparæ

Corona  
Eius  
tunc addi  
tunc quid  
in celum  
post obitu  
ferre  
visus est

Aaaa

paræ